

Suæ magnum vitæ  
casusq[ue] levamen, ...  
dominum, dn. Eliam  
Tillandz, medici...

Rogbergius, Johannes Israëlis,

*1 Ic 1693 Tillandz, Elias*



National Library  
of Sweden

*Tillmann*

SUÆ MAGNUM VITÆ CASUSq̄  
LEVAMEN,

VIRUM

De re literaria meritissimum,

*Dum viveret,*


EXPERIENTISSIMUM ATq̄ AMPLISSIMUM DOMINUM,

DN. ELIAM *L. A. L.*  
*L. A. L.*

MEDICINÆ DOCTOREM, AC PROFESSOREM  
AD AURAM LONGE CELEBERRIMUM, CONSISTORII  
ACAD. ASSESSOREM CONSUL-  
TISSIMUM.

*Jam inter Cœlites illustrem;*

Cum ejus exanimus corpus, post multos exantlato la-  
bores, duodec. Calend. Martii Anni 1693. Ætatis suæ 53.  
Christo Salvatori animâ placidè redditâ, solenni pompâ,  
ejusdem anni 8. id. Aprilis in Templo Aboënsium  
Cathedrali, tumulo inferebatur.



*Hiscæ, debiti honoris ac venerationis ergo, Conterranei  
mœstissimi prosequuntur.*

Impr. apud JOH. LAURENT. WALLIUM,

84





Orphanus oppressus gemit sub pondere sæpè  
Exigui sensus, fors lacrymanda fuit.  
Ictibus heu! mœror lacerat mea nūc repetitis  
Viscera læsa prius vulnere multiplici.  
Cum celeberrimis Patronus conditur urna,  
Spesque perennis obit livida fata necis.

Ilia vah! stimulis hinc dilaniantur acerbis,  
Inde premitque dolor pervigil ossa mea;  
Nunc me destituit vox arescente palato,  
Et gemitum querulum lingua retenta ciet.  
Obligat ut faciam Doctoris grata voluntas  
Me recreans benè, quam corde feram memori.  
Una parœcia nos genuit Rogbergia utrosque,  
Gloria sed Patriæ hic falce resecta jacet.  
Occidit en planctus! sydus borealibus oris,  
Nilque micat clario fulgida stella choro.  
Calliope querulas prætendit pollice chordas,  
Ingeminatque sonos ore Itys Ismarius.  
Fæto tabificâ percussa gemit Dea Pallas,  
Insolitisque modis pulpita diva fremunt.  
Ceu Magnus Danaïs Podalyrius arte peritâ  
Exitit & morbos ille manu repulit:  
Axis sic gelidi **IN QVOD** opifer celebrandus,  
Clarus erat Titan Artis Apollinæ.

### E P I T A P H I U M.



ISTE VIATOR ITER VENERANDA HÆC MENTE RE-  
CONDENS.

OBTEGITUR TUMULO HOC ARTE POTENS MEDICA:  
QVOD NATURA SINU FOVET, HÆSIT MENTE REPOSTUM,  
LINGVA PELASGA ETIAM, DOCTOR ERAT CELEBRIS.

JOHANNES ROGBERGIUS.  
Smol.



*F*retillus & anceps tesserarum ludus commode satis  
exprimit inconstantem terrigenarum statum &  
imbecillum mortalium conditionem. Nam ut in hoc  
dubio lusorio nullam agnoscunt quietem, nullam  
sentiunt tranquillitatem in motu tessellata constituta  
ossa, ita in inconstanti hac rerum humanarum alea, jucundum raro  
sentit otium imbecillus terra hospes homo qui anxii sepe nu-  
mero obruitur curis & numero pluribus quatitur calamitatibus.  
Ut in mari semper fluctus semper unda ita etiam in tristi hoc vite  
salo semper turbines. & motus, Intuentes primum illum diem,  
quo genitricis relinquoimus alvum invenimus gemitus angores &  
lamentata, & unusquisque nostrum cum nascitur initium sumit à  
lacrymis à luctu & ploratu & quavis omnium sit nescius & igna-  
rus hoc unum tamen in prima illa nativitate novit, flere & va-  
gare. Maturiore attingentem etatem quid nisi cura, sollicitudines  
Suspiria, implexæ laborum & anxietatum vices ac molestiarum exa-  
mina ambiunt, & circumsepiunt. Misérias humanas serio cum  
perpendimus quid nos in vita tenet quid allicit? Nullus hic letus  
dies quid dico dies? nulla inquam hora & ubi tamen dulce Ne-  
ctar quod non miscetur gutta aliqua asperi falerni, felices igitur  
illi qui superatis his ægritudinum procellis, ad firmiorem valetu-  
dinis portum appellunt, ad portum inquam quem DEUS  
omnibus constituit fidelibus. O! prosperos illos quibus tam  
sereno arridet fortuna vultu, ut in ipsis cunis hanc radiosam  
possint evigilare Ægyptium, & dispendia hujus vite, stipendiis com-  
mutare aternis. O! felicissimum! O! terque quaterque beatum  
Dominum ELIAM **LELAND** experientissimum dum  
vixit Medicinæ Doctorem, qui ex hęcce anxiiis evasit curis & ad  
Cœlestia evolavit, ubi fruitur jam cœlesti cum Angelorum Choris  
bono, fruitur etiam dulcissimo omnium Sanctorum consortio. Bea-  
tus ille cui tanta contingere nunquam satis decantanda gaudia.

PETRUS NIDELSERIANI  
Jun: Smol.

**Q**uod non nimis animo humanam vitam perpendens fragilitatem ejus & breve vite curriculum facile inveniet. Quid enim aliud est vita quam vallis lacrymarum & pelagus miseriarum. Omnia etenim, quae in hisce reperiuntur terris fatorum legi subiecta sunt, ut nihil sub sole inveniatur stabile, sed fluxum ac periturum quicquid mentis, quicquid oculorum aciei unquam objicitur. O! miseriam maximam & tempora nebulosa quibus vitam ducimus; Quid dico vitam? non est vita, sed mera calamitas. Quamprimum enim splendidam hujus mundi lucem aspexerint mortales variis morborum generibus variis adversitatibus affliguntur. Postremo acerbissimam fatorum legem subire compelluntur, cujus limites & rigorem nulla antiquitas potuit, nulla posteritas describere valebit. Praeterea fatorum tela in hoc arumnarum certamine sunt prorsus inevitabilia, isque horum ictus qui senserit vix mortem evitabit. Prosternt enim omne obvium ut contra horum potentiam obistere impossibile prorsus videatur. Non valet Samsonis fortitudo; nec Davidis pietas resistit; sapientia quoque Salomonis succumbit: horum enim singuli natura debitum solverunt. Nonne illa lex heri & hodie immota stetit, cui (proh dolor) jaecura multorum cessit dum fatale terminum attingit medicorum lumen, Patriaeque decus Doctor **ELIAS III. QUANDI** Professor etiam longe celeberrimus hujus Academiae ad Auram. O! flebilem casum, O! insperatum obitum. Studiosorum corona nonne jam nacta est causam vehementem plorandi, descendique fatorum vices. Namque peremptus est, qui non solum nos morbis implicatos curavit sed etiam summa animi sedulitate Medicamentis multoties in lumine quasi morbis occurrebat, Quorsum nunc autem necessitatis telo urgente, quorsum fugiemus curatore optimo Orbati. Nunc rerum fluxa in hoc anxietatis loco relinquis, Coelestia summo cum gaudio Possessurus ascendis. Vale igitur incola Caeli, & fruiere dulcissimo Angelorum consortio: nulla etas tui nominis & fama monumenta delebit, nulla temporis vetustate in comiorum tuorum memoriam oblitterabit.

**HAQUINUS HALGÆRUS**  
Junc: Smol.



ristia Castalides certatim fundite doctæ  
 Carmina: mœrenti versus deducite plectro;  
 Et tu Melpomene tragico quæ mœsta boatu  
 Proclamare soles, quæ modulâ modulare cicuta:  
 Thespiadû pariter chara & generosa propago

Ad cœlum gemitum contuso pectore tolle.  
 Nam somnum induxit lethæum Morpheus illo  
 Quem gemit urbs patrem, luget respublica civem,  
 Quem socium plorat Parnassi docta Corona,  
 Quemq; dolet celebrem doctorem Heliconia proles.  
 O! Stygiæ Parcæ triplices sine fine sorores,  
 O! Stygiæ dico, vitæ fatalia nentes  
 Stamina, cur? **ERUD.** Manes misistis ad imos.  
 Proh! Nos orbastis charo nunc patre colendo.  
 Cum subit illius spoliatum lumine corpus,  
 Ingens tum stillat tumidis mihi rivus ocellis;  
 Algida dum specto lethali frigore membra,  
 Malæ tunc teneræ lacrymis rorantur obortis.  
 In mentem veniens illius fervidus ardor  
 Artem Pæoniam monstrandi lumina solvit  
 Cunctorum in fletus, & guttas elicit ubras.  
 Abogiæ simulac Medicum borealia plorant  
 Mœnia, quæ rapuit non raro è fluctibus Orci.  
 Sed quid lugemus? Siccemus lumina: quamvis  
 Ex oculis abiitq; obiit non attamen, ipsa  
 Felix æterno remanebit nomine fama,  
 Serto lucebit croceo, dum fidera cœlo  
 Fulgebunt, celsum dum sol lustrabit olympum.  
 Conspicue vixit moriturus, *plaudite* dixit  
 Ante obitum cernens se terque quaterq; beatum.  
 Inter cœlicolas rutilans ut lumina Phœbi  
 Vescitur Ambrosiâ dulci, haud non Neclare svavi.

**ERICUS RUD.** *Junc: & Smol.*  
 S. R. M. Stipen.

**S**iccine dispensant Mortalia fata sorores,  
Concordes stabili fatorum numine Parca,  
Ut claudant Juvenes ætatis flore virentes,  
Canis alperfi seniores, lumina morte.  
Aspera fors fati, regali jure potentes,  
Purpura quos ornat, protrudit, scepra gerentes,  
Pauper ubiq; cadat percussus imagine mortis.  
Heu! fatale malum, nunquam veneraris honores,  
Nec quemquam pretio, posuisti ast temseris omnes,  
Quamvis Thespiadum turmas, & castra secuti,  
Dogmata tractarunt, felicitis Apollinis artes;  
Verum post curas, & tædia magna laborum,  
Omnibus una manet, mors ultima linea rerum.  
Has plorare vices jamjam conspirat in unum,  
Flebilis aspectu, gemebunda corona Camœnum,  
Cum subiit fatum, Medicinæ Doctor ELIAS  
**THEOPHILUS** O felix! Podalirius arte medendi,  
Nunc Aboæ plangit medico viduata cathecta,  
Jam lugent Musæ, Docti properantia fata,  
Fennica gens inæstum nutrit sub pectore vulnus,  
Ingemit, & lacrymas fundit Smolandica proles,  
Definit urbs nusquam lacrymarum emittere rivos,  
Cum subito tanti Patris Mors clausit ocellos,  
Qui medicamento pulsit contagia morbi,  
Quem laudare sciunt, hominum tot millia mitem.  
Curnam? post cineres vireat tua fama per orbem,  
Et nomen vigeat, semper borealibus oris,  
Temporis haud tineæ comedent encomia laudum,  
Sed nomen, famam, memori sub pectore seruet,  
Canities ævi, donec dissolvitur orbis;  
Interea fruëris requie tu splendida stella,  
Coelica mille manent, Chironem gaudia faustum.

**THEODORUS JURBÆR** Jun: Smol.  
s R. M. Stipendiarius.




n gång iag orla gief min Sinnen at förlussa  
 Då wäst wind liufigt mänd på wåra Stogar  
 vusta (Land/

Då fant iag itt skönt trå hñt bracht från önör  
 Det wårte gansta rart/ och stodh på hwiltan sand  
 Dess boh l war gansta floor dess grenar strächtes wñda  
 Och under skuggan satt/ så mången uthan Dwñda  
 Det war i månge land bekant i mången Ort/  
 Kring heela werlden war des Rampn med Heder sport!  
 Des frucht had sådan Art/ den Siufdom heela kunde  
 Och krankheet af all slag den botte sammalunde/

In under samme Trå/ war mången wahn at kommo.  
 Och af des hälsos frucht bettåna sigb til fromma  
 Mång kårer *Musers* Swån/ der under bygde Huus  
 och sat så gansta trygg/ för skändigt Sörge Bruus!  
 Men då det söckte bäst/ sin Telningar utspñda  
 Behålla grönstkan sin/ för dem och manligh strñda  
 Förswara för all sorg och åstiedunders slag  
 Som dem antasta sbett/ effter sin strånga lagh  
 Tå i des högsta flor/ framstact sigb med sin skåta  
 Deu grymma aswundzman/ som hatar all wår  
 slächte

Men stympa/ såga slätt/ uyrnetia rötter all  
 At intet quar blef/ det tog et sorgligt fall/  
 Aff des ohörlic dödn ja rätt i samma wefwa  
 fältes mång telning ung/ som lenger funnat lefwa.  
 Et sådant Trå wist war *TJL. QM. D. Z. een. Höglård. Man*  
 Hwars bortgång klagar mång och qwådar nu försan/  
 Doch fast du Dödh har nu dit wåldefå föröswat  
 At du wår *DOCTOR* godh/ så klagligt oss beröswat  
 Skal lñkwål *TJL. QM. D. Z.* Rampn i stadigt Minne groo  
 Hoos allom menniskiom som här i Werlden bod.

HAQVINUS STRÅHE. Junc. Smol.

 urbs florentissima, sed ob mortis tyrannidem, quæ intra  
tua grassatur pomœria funestissima Aboæ! cur obitum ex-  
perientissimi Medicinæ Doctoris ELIÆ *ELIÆ* *ELIÆ* *ELIÆ*  
mæstioribus non prosequeris lacrymis? cum Parcarum extremæ ma-  
lignitatis furor omne quasi veneni antidotum jam deglutivisse vi-  
deatur? cur damnum tuum tremulo clamore atque immensis ulu-  
latibus non gravius conqueris? cum nulla, quibus depellatur mor-  
borum contagio remedia, à quoquam tuto exhiberi queant, cum ne  
vel minimus portus in quo ab adverſæ valetudinis æstu aliquan-  
tisper immunis, nostræ navicula vitæ conservari potest, nobis sese  
offerat magis: certe quis non tristes gemitus ex cordis intimo lau-  
fundio hauriat, quis non querulis vocibus aëra impleat, adeoque  
ejusmodi meditationibus mentem obruat suam, quod a voracissi-  
mis fatorum faucibus & metu nec nos senectus Nestoris exsolvit,  
nec brachium Rhæti minacis prohibet, nec sapiens expedit Mi-  
nerva. Nam nocte illani necessitas moriendi imos pariter ac insi-  
gnes torquet, æqua quoque lege doctos cum rudibus, pueros cum  
adultis immaniter infestat: hæc sapius ac sano quidem consilio intra  
cogitationes quilibet mortalium debet volutare suas, ne sibi longio-  
rem spem consuant, magisque dissolutæ vitæ filum cotorqueant si-  
cut in more positum est apud securos & rerum avaros, quos vel ve-  
sanus ardor habendi & corradendi tenet vel qui vivunt extrema ho-  
rula immemores, nec perpendentes quod lethum inopinato etiam i-  
mo tristis heu oreus illos dentibus avidis quocunque momento devora-  
re valent. sed reſeo ad gravissimum illud vulnus quod nobis incussit  
desideratissimi nostri *ELIÆ* *ELIÆ* *ELIÆ* *ELIÆ* decessus; quo quæſo remedio  
apud nos sanabitur invalecudo corporum, siquidem cum eo medendi  
artificium cessat? sed nec minimum columen jam patriæ & præcipue  
Magni ducatus Finlandiæ hujus lababat, dum mors salutiferam hanc  
concuſſit arborem, hoc amputavit cacumen, unde tam irreparabile  
damnum nemo potest vel desere satis vel verbis condigne exprimere,  
ut plurima paucis complectar, ictus fulmineus hic nuper charum a-  
deo qui tetigit caput, si non aliud sane hoc portendit mali quod rivu-  
lus medicaminum quodam modo hic terrarum interclusus exareſcat de  
de cetero hunc nostrum quem veneranda canities, laboriosa stiduit as e-  
gregie ornavit, non in totum libitina erripuit, verum ejus animamin-  
linum suum Jehova recepit. JOH. AGRELL.

**A**ch! ach then bittra Stund! Ich oluckfäll then  
Dagen/  
På hwilken Ewa blef af Ormsens List bedra-  
gen/

Swär med hon öfwer öf har samlat Dödsens Band/  
Som med odräglig Macht nu härskar i all Land/  
Swärs glöddand Döde. Stått anträffa mängens Hierta/  
Så at man öfwer nog måst öftra Klag och Smärta/  
Här achtas Starckheet en / en ansees Rytas Gull/  
Ey Lård kan vudflo meer men blifwer doch til Null/  
Een Högsförfären Man / weet sligt med skäl betyga/  
Som kânt sligt Döde. Stått boos sig med Wäld in-  
sunga/

De honom så tillsatt medh sina Pylars Giff/  
At han så särat måst löst hamna i sin Griff.  
Men som man weet at GUD som räknar våra Da-  
gar /

Stelf dröfwer sådant Speel när honom häst behagar/  
Du är bäst wara nögd med det som han här gör/  
Wäl wetandes at af des Willia sligt härrör.  
Den Salig Herren är nu redan i den Frögden  
Försatt / däräst hans Siäl bland all Gudz Wærn i  
Högden/

Achniuter ewig Lust och smakar Himbla Bröd/  
Ar frj från Allids Sorg / en weet af någon Röd/  
Des andelöse Kropp som nu i Jorden hamnar/  
Nu förest sin Hwilo när / nu förest sin Röd onisamnar/  
Men skal på Domedag / des Been see vhr sin Graf  
Så grönskande vrbgå som Arons Mandel. Staaf.

ANDR. Z. RÖDINGS/

B

Swär

**H**war är tu glädie. Sool som med tin' Serälar lyst?  
Hwar är det sägnad' hopp som mängens Hierta hyste?  
Hwar är nu Frögd och Lust? hwar fias nu lustig Sång?  
Hvem kan nu vara glad och lefwa urhan Zwång?

Zy Jämmer Suck och Klag nu daglig syns infänckas  
At man sigh liksom seer i diupan dyg nedfänckas

För Lust och glädie skall nu höres Sorg och Gråar

För Fröjde - Huus och Noo/ och hwilken yncklig låde

Zy mång Valeet nu biuds/ beklaga må des Wänner/  
Ehoo det wara wil som warit deras Fränner:

Ett sådant Sorge - Siud man billige föra kan

I det ett länge seen en Högst försaren Man

Sitt Affked från oss tog förmedelst Dödsens Wälde

Då Döden nehr til Marek Herz Doctor **E. J. ANDZ** sålde

Han haar sin lefnads tünd fördröat all sin daar

Så redligt sampt och fromt som någon kunnat har

I Enstligheet och så han atänd söcke blifwa

En obefinnat Siäl sin **GUD** han wille gifwa

Han ochså atänd fans Capabel i sit fall

Sampt willig och så from dem hielp framföra all

Som stälte wor' i Nödh dem Siukdom war påkastat

Til des med honom sielf och Döden williat hastat

Zy är ett undra wärde at man så sorgse går

Hälst mådan man nu seer den liggia uppå Däär

Som hielpa kunnat har mång man från Wärt och Sweda

Och aldrig lät sig märcke der af haa någon leeda

1070 Dherför sig **AD** Stad på kommen är stoor Sorg

Men denne Dödes Siäl har hinde til fastan Borg

AD SUPERSTITES

[am mœstos mœstus luctus cur mente cietis?  
Non obit, ad Cœli lumina quisquis abit  
Attite ploratus tam multos fundere, degit  
Ille diu vitam, qui bene finit eam.

THEODORUS SSSR.

EPITAPHIUM.



Larus & Excellens ELIAS dum super-  
esset,

Ingenio Celebris Doctor, Pater atque Pro-  
fessor,

Conditus hoc tristi, iam mortuus ecce Sepulchro,

Transit ad JESUM restincto lumine vitæ,

Post exantlatos Medica in statione labores.

Svecia quæ genuit posuit nunc corpus Aboæ,

Non ergo immerito transfertur fama per orbem

Post pia fata viri revirescet nomen in ævum.

Ante fuit **ELIANDUS** nostræ pius incola  
terræ

Civis Epopra Poli nunc est, cui splendet Olympus,

Et labor in requiem est versus dolor exulat o-  
mnis

Est secura quies & nescia vita doloris.

Ast

Ast hic interea tua molliter ossa quiescunt,  
Solvimur in lachrymas quamvis revocabilis haud es;  
Hinc lugent Musæ, plangit tua funera Pallas.  
Ordine quo nos fata citant pia quisq; sequemur  
Vale optata quies nunc gaudia mille capeſce.

*Sic super Excellentissimi Doctoris &  
Promotoris optimi decessum  
mæſte conqueritur*

**HENRICUS SOPIUS**

West-Gothus.

